GEORGIUS ZINGEL DE SCHLIERSTADT
Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. (terminus ante quem 1488)
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35046
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Tempus lacendi et tempus consuendi. Hic ponit quatuor ipsis varietate quae spiritus usui temporis ex quibus quae hic ordinat varietas quantum ad usum vestimentorum, cum dicit: Tempus scindendi, scilicet pannos et tempus consuendi scilicet vestimenta. Vnde in signum merorum, ut solebant facere iudei, ut fecit Esdras. Vnde Esdre 9no dicit: Cum audissem hanc monem istam, scidi pallium meum et tunicam meam et evulsi capillos capitis mei et barbae mei et sedi merens. Tempus consuendi scilicet tempus sanitatis et ornatus, ut: Vnde tempus scindendi regnum israel a domo Salomonis de quo habetur 3 Regum 12. quod praecinuit et praedixit Achias Silonites propheta ut habetur 3 Regum 11 ubi dicitur: Apprehendens Achias pallium suum novum, quod erat indutus, scidit in duodecim partes et ait ad Jeroboam: Accipe tibi decem scissuras, haec enim dicit dominus deus israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis et dabo tibi decem tribus, et tempus consuendi regnum israel erit in fine, quando per Helyam et Enoch convertent. Vnde dicit Malachie ultimo: Ecce ego mittam vobis